cristi fuerint in conceptione cō  
pleta et pfecta vsq; ad anime  
susceptionem ipsorum tamen  
mēbrorū distinctio scdm Aug  
ta praua fuit & tenuis q; huma  
no visui vix posset subici quia  
in tanto fuit vnū corpus illud  
quo aliqd conceptus tamē for  
matur quantū infra plv dies  
augeri potuisset i vtero **V**nde  
miraculosum fuit qd vita par  
uū corpore recepta fuit anima  
**S**ed hoc factū fuit ideo vt con  
ceptio cristi quantū manendi  
in vtero non esset nostra cōcep  
tionē dissimilis preterea ab in  
stanti conceptionis sciuit oīa  
etia n scdm p̄m qd homo Itē  
infructuōne perfecta fuit anima  
dius **V**nde quantū ad hoc non  
solū fuit viator sed etiam com  
prehensor **I**tem mundus fuit  
ab omni peccato plenus erat q̄  
cie & virtute habuit quoq; pa  
trem in celis et matrem in ter  
tis **Q** patre sine matre et ma  
trem sine patre **I**tem per incar  
nationē cristus dominus factus  
est seculus **E**ternus factus est  
temporalis **I**mmensus factus ē  
paruulus **S**ūmus fit infimus  
Incomprehensibilis fit localis  
**S**implex fit compositus **D**icit  
**Aug** **V**idetur inuisibilis **P**al  
patie ipalpabilis **I**mmortalis  
occiditur **I**tē **Aug** quis nūq̄  
estimare posset vt portaret ma

nibus feminis portitor orbis  
**P**anis angelorū aleretur **V**i  
tus celorū infirmaretur vita ho  
minum moreretur hoc quoq;  
notandū qd sicut in diuinis ē  
trinitas personarum in vnitatē  
substācie sic in p̄o ē trinitas  
naturarū in vnitatē persone qz  
sicut per diuersas psonas non  
distinguitur in diuinis essentia  
sic i p̄o per diūsas natūas nō  
distinguit i psonas demq; i ca  
nacō cristi fuit mirabilis ex mō  
quā cum tres modi pducēdi  
homine precessissent **P**rimus  
videl; nec de viro nec de muli  
ere sicut in adam **S**ecundus ē  
viro sine muliere vt i eua **T**er  
cius de viro et muliere sicut in  
omnib; cōspiscibiliter natis  
ad cōplementū vniuersi deunt  
**Q**uartū modum ieroducit vt  
sc; homo de muliere sine viro  
fieret p virtutē operatoris sūmi  
**I**n conceptione ergo filij dei si  
mul concurrent virtus innata i  
fusa increata v̄tus innata ma  
teriam ministravit virtus infu  
sa purificādo ad vnitatē verbi  
aptauit **A**ptacōne dico agrue  
natiue virtus increata subito p  
fecit que natura non potuit mhi  
succellue **D**e natiuitate p̄i

### CA PITTV XI

**N**atiuitas p̄i triplex  
est sc; diuina humana  
gratuita **P**rima est ex  
patre **S**ecūda ex m̄te **T**ercia

In mente fit de patre nascitur  
eternaliter de matre temporaliter  
spiritaliter. **I**ste tres natiuitates  
sumuntur secundum tres  
substantias que sunt in cristo  
scilicet deitas caro et spiritus.  
**N**am ex patre nascitur deus  
ex matre nascitur caro in men-  
te nascitur spiritus sanctus sci-  
licet per gratiam ex patre nasci-  
tur semper ex matre nascitur se-  
mel in mente nascitur sepe.  
**S**ecundum natiuitatem diuinam  
cristus habet patrem sine ma-  
tre. **S**ecundum humanam habet  
matrem sine patre. **S**ecundum  
gratuitam habet patrem et ma-  
trem. **S**ecundum illud qui fece-  
rit voluntatem patris mei etc.  
**H**as tres cristus natiuitates re-  
presentat ecclesia in die natiui-  
tatis eius primam id est diuinam  
in missa que cantatur in nocte est  
enim in nobis hic natiuitas  
occulta generationem eius que  
enarrabit. **S**ecundam in missa  
que cantatur in aurora quia nati-  
uitas humana fuit partim oc-  
culta partim manifesta occulta  
quod de quantum ad modum. **S** ma-  
nifesta quantum ad factum. **T**er-  
ciam in missa que cantatur in die quia  
natiuitas gratuita est manifesta  
in qua cristus per affectum con-  
cipitur per esse tum nascitur per  
perfectum nutritur. **P**laye a timore  
tuo concepitur et peperimus spiritum  
salutis de diuina itaque genera-

tione habet primo libere. **H**ec  
nunc de humana persequendum est.  
**N**otandum itaque quod per hanc uerba  
apostolus ubi ait aperuit gratia  
dei saluatoris nostri omnibus ho-  
minibus etc. **N**atiuitas per hanc gra-  
tiosa id est gratis non nostris me-  
ritis exhibita apparuit enim gra-  
tia gloriosa quia dei saluatoris  
nostri. **C**opiolaque omnibus ho-  
minibus fructuosaque erudiens  
nos et iste fructus natiuitatis  
per christum duplex est scilicet respectu  
temporis presentis et futuri. **I**tem respectu  
presentis temporis duplex est fructus  
**P**rimus est declinatio mali ubi  
ut abnegantes impietatem quo  
ad malum quod est contra fidem et  
secularia de quo ad malum quod  
est contra bonos mores. **S**ecundus  
fructus est eparatio boni ubi sol-  
brue quo ad nos iuste que ad pro-  
ximum pie quo ad deum. **I**tem respectu  
futuri temporis duplex est fructus  
**P**rimo ad gloriam anime quod  
notatur ubi expectantes beatam  
spem. **S**ecundus quo ad gloriam  
in resurrectione corporis ubi ad-  
uentum glorie magni dei appa-  
runt in natiuitate cristus benigni-  
tas et humanitas de triplici la-  
tibus scilicet de sinu patris in  
quo celebratur de umbra legis  
in quo figurabatur de ventre ma-  
tris in quo formabatur. **I**psa  
namque agnus soluit signacula  
libri signati natiuitas cristus fu-  
it utilis honesta et iocunda.

Quis autē vtilius ē salute ho-  
minis vocabis iquit nomē ei⁹  
ihesum qui saluū faciet populū  
suū ⁊ certe a fortitudine timo-  
ris ab hūanitate saguis **A**re-  
tentione carnis ⁊ subiugatione  
hostis Quid honestius pactu  
virginis **V**irgo ē que generat  
Deus est qui generatur **S**pūs  
sanctus est qui operatur gene-  
rationem Quid iocundius nati-  
uitate dei ⁊ hominis **S**auis sū-  
qui eam precesserūt vt **A**bra-  
ham qui epulauit vt videret  
diem domini **I**tem qui sequit̃  
**A**pt⁹ **S**audete te in domino sēp  
**I**tem qui presentes erāt vt ā-  
geli de cantantes et pastores vi-  
dentes ⁊ iohannes eū in vtero  
sciens et symon n amplians  
et maxime virgo eū generans  
**D**uce **E**t epulauit spūs meus  
i deo q̃ **P**rotulit i natiuitate  
nobis beata virgo fructū qui  
fuit seminatus in conceptione  
germinauit in natūā coelitus  
est in pannorū inuolucione ad  
deū illatus in purificatione fla-  
gellatus in stipite ventilatus i  
interdoy testimoniōrū accusacōe  
comollitus in passione ⁊ purga-  
tus in resurrectione comeditur  
in q̃tidiāna eukaisie suscep-  
tione et in celesti fruicione bea-  
ta itaq; virgo est celum quod  
christum roauit ipsa nubes qui  
ipm pluit ipsa terra que salua-  
torem germinauit **I**n natiuitate

de domini fuit beata virgo terā  
de cuius limo formatus est ve-  
rus adam terra de qua orta est  
vitas terra de q̃ ortus est fruc-  
tus sublimis terra bona in qua  
semis fructus cadit terā flu-  
ens lacte et melle terra germi-  
nans herbam virentem **T**erā  
de qua egrediens fons irriga-  
uit superficiem terre **D**e cir-  
cūcisione domini **C**A **C**XII  
**C**ircūcisionē accepit  
ip̃s multiplici racōne  
**P**rimo vt legē dedit  
quā alij ⁊ ipse completeret **S**e-  
cundo vt humilitatē ostēderet  
quā etiā cēimonialibus ad q̃  
non tenebatur se subiecit **I**pse  
namq; dominus leg⁹ fuit **T**er-  
cio vt sanguinem suum pro no-  
bis non solum in etate virili s̃  
etiā i infantuli effūderet **Q**uā-  
to vt nos circumcidentes fore  
spiritualiter demonstraret **Q**ui-  
to vt hereticos cōfunderet qui  
dixerunt eū non vrū corpus  
sed fantastū habuisse **S**exto  
vt iudeis satis aceret qui scan-  
dalizati fuissent si circūcisionē  
non accepisset **S**eptimo vt le-  
gem veterē approbaret que vs-  
q; ad ipsū conseruāda fuit **L**e-  
galia em̃ sc̃dm **A**ug⁹ fuerunt  
ante passionē domi viua post  
passionē mortua **S**ed post quā  
claruit veritas ewangelij se-  
pulta sūt legalia **C**ircūcidit̃  
ihesus non solum circūcidit̃

legali. Sed etiā circūciōe spi-  
rituali. Vñ possum⁹ circūciōe;  
dñi q̄druplicē assignare. **Pr**  
circūcidit eū pater in natūate  
paupertatis cultello. **Sec**do circū-  
ciderūt eum pntes sui. viñ. dei  
cultello leg. **Ter**co circūcidit se  
ipm in oī vita sua cultello hūi-  
lītatis. **Qu**arto circūciderūt eū  
iudei in passiōe cultello cruci  
et hoc p milites pylati. **Cir**ūci-  
dit etiā Ihs in suis q̄druplicē.  
**Pr**imo p detractōes q̄ auferūt  
amicos et fam am. **Sec**do p tan-  
tores q̄ auferūt bona t̄palia. **T**er-  
cio p hereticos q̄ auferūt aiām  
**Qu**arto p tyrannos q̄ auferūt  
corpus. **Cir**ūciō nostra spiri-  
tualis ē duplex. **Pr**ima in p̄-  
sentia culpa. **Sec**nda corporis  
in futuro a p̄na. **Pr**ima figāta  
est p circūciōnem q̄ facta ē in  
egypto. **Et** hec triplex ē scilz  
incipiēcium a vicijs cultello ius-  
ticie. **Item** proficiēcium a super-  
fluis cultello miseris ordie. **Itē**  
p̄fectōrium a necessarijs cultel-  
lo caritatis p̄fecte. **Sec**nda fi-  
gurata est p circūciōnem factā  
in terra p̄missionis in galgal.  
**Qu**ia in octaua etate t̄suerēt  
emis p̄p̄erata p̄ ipm circūcibe-  
mur ab om̄ibus miseris. **Ex** q̄  
patet q̄ efficacior est circūciō  
nostra spiritalis quam iudeorū  
tarnalis et legalis. **Qu**ia licet  
p̄ccm originale tulerit tñ ianuā  
p̄andph non aperuit. **Sed**

nostra utriq; facit. **In** hac ma-  
teria duo nobis taguntur. **Pr**  
imum est xpi humilitas in cir-  
cumcisione. **Sec**undum est eius  
sublimitas in nominis in posi-  
tione. **uocatum** est inquit nomē  
ei⁹ Ihs. **D**ignitas autē hui⁹ nois  
est multiplex est em̄ ab eterno  
cōsecratum vt dicit **B**ernard⁹  
ab antiquis p̄figuratum scilz in  
**J**osue a p̄phetis desideratum.  
**I**saias. nomē tuum in desidia  
anime mee. a sanctis p̄phetarū.  
**S**alomons oraculo a deo noi⁹  
nati. **Ap**⁹ dedit illi nomē qd  
est sup o nne nomē. **Ab** angelo  
p̄nunciati vt dicit **Luce**. **A** be-  
ta virgīe p̄dicati. **Luce**. **E**t sanc-  
tum nomen eius. **Ab** ap̄stoz  
his magnificatum. **Actū**. **I**bāt  
ap̄stoli gaudeas a conspectu  
**Q**uoniam a martyrib⁹ testifi-  
catur. **Qu**ia pro nomine isto  
passi sunt. **A** p̄fessorib⁹ collau-  
datum. **P**salmista. **L**audate  
pueri dñm. **A** solis ortu vsq;  
ad occasū laudabile nomē do-  
mi. **A** sanctis virgibus p̄gusta-  
tum. **Cant**. **O**leum effusum no-  
men tuum. **B**ernhardus **I**hs  
est mel in ore. **M**elos in auribus  
**L**ubil⁹ in corde. **Ab** oib⁹ sanctis  
exaltatū. **p̄s** **M**agnificat⁹ dñm me-  
ū ⁊ exaltat⁹ p̄tē. **Non** ē ali⁹  
nomē sup t̄ra; in q̄ nos oportet  
at saluos fieri. **In** hoc noine Ihs  
sūt. v. l̄rēq; possut esse inicia il-  
lar⁹ dōnū iocūditas mēcium.

**E**cclēntas vniuersū **S**anctas  
laguenciū **V**eritas egenū  
**S**acietas eluricū **H**oc nomē  
ihesus tripliciter cōuenit xp̄o  
sc; ratione nature vt quī ex di  
uina natura erat saluator auto  
ritate ex humana natura fieret  
saluator ministerio et vendica  
ret sibi nomen saluatoris **R**a  
tione de cōcēcie quia deuit vt  
et re nomen haberet **V**nde qz  
saluat a p̄cō a dyabolo et ab  
inferno merito nomen habet il  
li beneficium congruens **R**atiōe  
efficacie quia cōcitus nos sua  
passione saluauit **D**e bap  
tismo cristi **C**ap. XIII

**I**n bap̄tismo domini  
notatur ip̄ius humi  
litas et nostra vtilitas  
Ip̄ius humilitas notatur in q̄  
tuor **P**rimo quia venit ihesus  
sc; dator salutis et nō indigēs  
salute **S**ecundo quia ad iordā  
nem vbi creator elementorum  
subiecit se humili elemento aq̄  
**T**ercio quia ad iohannem sc;  
dominus ad seruū **R**ex ad scu  
tiferū **S**ol ad luciferū **Q**uarto  
quia venit vt bap̄tizaretur ab  
eo sc; fons a cūo **P**lenitudo  
a stilla **A**ctōe bap̄tismi a bap  
tismi ministro **V**tilitas nostā  
notatur in quatuor q̄ circa xpm̄  
bap̄tizatū euenerūt **P**rimo qz  
cristus bap̄tizatus confestim  
ascendit de aqua per quod no  
tatur i nobis glācie infusio ho

mo enim per bap̄tizatū liberat⁹  
a culpa ascendit ad v̄tutes **S**e  
cundo apertū est celū per quod  
notatur hominis descendētis  
evolutio **T**ercio descendit spi  
ritus sanctus corporali specie h  
ut colūba in ip̄o per quod no  
tatur qd; bap̄tizatus facit ho  
minem spiritus sanctus tēplū  
**Q**uareto vox patris facta ē hic  
est filius meus dilectus **I**n q̄  
notatur qz de filio ire per bap  
tizatū fit filius glācie **I**n bap  
tizatū cristi notatur substanci  
alia cristi bap̄tizati nostri sc;  
bap̄tizans bap̄tizand⁹ mate  
ria forma intencio bap̄tizans  
fuit **I**ohannes in quo nobis  
sanctitas de signatur bap̄tiza  
tus fuit cristus nostrū bap̄tizatū  
mum consecrās quia tactu sue  
mūdissime carnis inde regnati  
uam dedit aquis **M**ateria fuit  
aqua magis et cōmūnis ceteris  
liquoibus ad bap̄tizatū nos  
trum existēs **F**orma vero per  
testimoniū trinitatis fuit em̄  
pater i voce filius in carne spi  
ritus in columba **I**ntendo con  
sequitur formam voces em̄ vt  
ait p̄phus note sunt earum que  
sunt in anima passionū per vo  
cem patris que audita ē i bap  
tizatū xpi notantur qnq; dig  
nitates et excellēcie eius de m  
domini nostri ihu cristi cū em̄  
dicitur hic est qm̄ datur crist⁹  
a v̄ra effēcia quia solus deus

verū habet esse & omne em esse  
 ē a forma. **De?** aut est forma  
 sū materia vt dicit. **Boecius**  
 cū dicitur fili? pps amendatur  
 a similitudinis pene conueniēcia  
 ex eo namq; dicitur fili? qd sit  
 vt ille ppē qd dicit filius yma  
 go patris potius edam qd spū  
 rit? ppter rōm qd habemus sup  
 in pmo libro cum dicit meus  
 amendat a substācie in differē  
 cia. **Dicit** em me? idest michi  
 consubstācialis cū dicit dilect  
 tus amendat amoris tenuolē  
 cia. **Io: pater** diligit filiū suū  
 et omnia q̄ habet dedit in manu  
 ei?. cū dicitur in q̄ m bene con  
 placui amendatur spāli oplac  
 cēcia. **Sed** nota qd placitum ē  
 quēta volūtas. **Vnde** cōplacui  
 idest cū spū sancto in filio sū  
 natura assuptam quēuū.

**De pleitudie grē Ca XIII**

**Q**uod hoc considerādy est  
 vbum in car natū qntū  
 ad pleitudinē cāsmatū  
 spūali que sūt pleitudo grē  
 in affectu pleitudo sapie in in  
 tellū ac pleitudo meritū et ope  
 in affectu circa p̄mū tenēdy ē  
 qd in p̄po a sui concepōne fuit  
 pleitudo grē qntum ad grām  
 p̄sone singlaris et qntum ad grā  
 ciam capitis et qntum ad grā  
 vnici? & hec t̄plex grā ē eadē  
 in essēcia. **Sed** differet in ef  
 fectu grā em p̄sone singlaris ē  
 grā hūānalis qd habuit p̄s ple

missie et p̄fectissie excepta fide  
 et spe q̄s virtutes non habuit  
**Sed** illud qd eis in patria suc  
 cedit. **Quia** fidei succedit ag  
 mō spei vō succedit ap̄henso  
 rei. **Sed** autē qd p̄cā grā p̄sone  
 singlaris exubat in p̄po ita qd  
 influat in mēbra corp̄s sui m̄  
 tici sensū et motū spūalē sūm fō  
 talē pleitudinē ois grācie i p̄po  
 hibitantis dicitur grācie i p̄po  
 p̄po inesset. **Vnde** nota qd p̄ps  
 scdm vtamq; naturā dicitur  
 caput ecclē qd non solū inq̄ntū  
 ē deus. **Sed** etiā inq̄ntū est ho  
 mo influat scdm motū spūs et  
 grē in omnes q̄ adherent ei vel  
 p̄ fidem rectā vel p̄ fidei sac̄m  
 et auctoritatē. **Sed** inq̄ntum ho  
 mo influat eā p̄ motum meritū  
 et sic seūdum meritum qd nō  
 solum ex congruo. **Sed** etiā con  
 digne meruit membris grām.  
**hoc** habuit ex vnitate ad v̄?  
**bū.** **Ex** p̄dictis collige qd p̄ps  
 inq̄ntum homo dicit caput ec  
 celestie triplici rāōne. **Primo**  
 ppter influēciam grācie sicut  
 dictū est. **Secūdo** propter con  
 formitate; naturā quā habet ca  
 put ad mēbra. **Quia** licet p̄ps  
 excelleret mēbra sua tantū cō  
 ad naturā diuinitatis tantū cō  
 formis ē illis in natura hūāni  
 tatis. **Tercō** dicit caput me  
 thasice qd sicut corp̄ p̄ps verū  
 ostat ex p̄p̄tis m̄bs ita cor  
 pus ei? m̄sticiū ex p̄p̄tis fidelibz

Nam de plenitudine eius acci-  
piunt omnes beneficiū gratie  
et spiritus qui ad eū accedunt  
vel per fidem rectam vel per fidei  
sacramentū alia ratione xpūs  
secundū qd homo dicitur caput  
scilicet propter naturę cōformitatē  
quam caput habet ad totū cor-  
pus nam sicut corpus xpi natura-  
le constat ex pusillimis mem-  
bris ita corpus eius multum  
ex puris fidelibus. **Posterea** di-  
cit qd eadē gratia persone ngu-  
laris abilitatū humanā na-  
turam cristi ad vniōnem verbi  
videlicet digna esset vni-  
tate celsitudini vocatur gratia  
vniōnis per quam ipse cristi  
non tñm felicitatem gratie verū  
etiam a doracionem latere dig-  
nus fuit dauid qd verum est se-  
cundū qd est constructio tran-  
sitiua cum dicitur gratia vniō-  
nis. Tunc enim est aliud gra-  
tia aliud vniō. Sed scdm quod  
est constructio intransitiua vt  
sit sensus gratia vniōnis id est  
vniō humane nature ad diui-  
nam. que gratis et sine me-  
ritis data est humanitati cristi.  
Sic differet gratia vniōnis a gra-  
tia spirituali et a gratia capit-  
is. Sicut vniō differet a gratia ha-  
bituali propter hoc dicitur in-  
obāne qd spiritus sanctus da-  
tus est ei non ad mensurā qd  
dupliciter exponit. Primo sic  
non ad mensuram id est totali

ter et nō particulari vt quicquid  
potuit ei deus de spiritu sancto  
dare debet ei. Secundo sic non  
ad mensuram id est super omnē  
proportionem respectu aliorū  
hominū. De hoc qd dicit Jo-  
hannes plenum gratia et veri-  
tatis. Nota qd quātipliciter dis-  
tinguitur plenitudo. Prima est  
sufficiencie que in quolibet ius-  
to reperitur. Secunda est copie  
que fuit in apłis. **Auct. em. Re-**  
**pletis** sūt omnes hoc fuit etiam i  
stephano. **Auct. Stephanus**  
autem plenus gratia et fortitu-  
dine. Tercia vniuersitatis que  
est in ecclesia cui nullū donū ē  
est. Quarta excellencie que fuit  
i beata virgine que omnes sac-  
tos excedebat i gratia. **Eccles.**  
**deamo.** In me omnis gratia pie-  
tatis. **Luc. Ave** gratia plena. Quā-  
ta superfluentie que fuit i xpo.  
**Jo. Plenum** gratia et veritas.  
Circā innocēciam cristi hic est  
sciendū qd habuit imunitatem  
omnis culpe et quantum ad auct-  
ritatem et quantum ad posse quia nec pe-  
tauit nec peccare potuit nec pec-  
catum originale a patre traxit  
quia patrem carnalē non ha-  
buit nec a matre peccatū traxit  
quā spiritus sanctus totaliter  
a fomite liberauit. **De pleni-**  
**tudine anime xpi. Ca. Xiiij.**  
Sicut in xpo fuit omnis  
plenitudo gratie ita et  
omnis plenitudo sapientie

Non solum quantum ad cognitionem rerum etiam quantum ad modos et differentias cognoscendi qui sunt quinque. **P**rimus cognitio sempiterna est ex parte divinitatis. Et hoc modo cognoscit omnia simul scilicet finita et infinita quia apud deum omnis infinitas est finita. Deus enim videt multa simul uno scilicet se ipso unde non differet in quibus videt. quia videt se per se et in se videt omnia non solum quae fecit sed etiam quae facere possunt que sunt infinita. **S**ecundus modus est cognitio sensualis et sensualitatis ex parte carnis et iste modus est cognitio per experientiam quam spiritus non sentit omnia simul quia sensus non est perceptivus res nisi ad obiecti praesentiam. **T**ertius modus est spiritualis ex parte mentis et iste est complexus fuit ei per naturam per gratiam per gloriam per naturam igitur tertius est modus cognoscendi quo spiritus cognovit omnia quae spectant ad universi constitutionem sed longe excellens quam ab aliis etiam existens in natura instituta. **Q**uartus modus est per gratiam hoc modo cognovit spiritus omnia quae spectant ad humani generis redemptionem longe tamen excellens quam aliis prophetarum vel etiam angelorum non solum habuit scientiam per habitum in actu ut ab angelis. **S**ed etiam per habitum infusum vel lumen sancti per gratiam illustrati cognitio nem vero non habuit per habitum acquisitum qui propter imperfectionem in ipso non fuit. **Q**uintus

est per gloriam hoc modo cognovit omnia spiritus finita quibus cognitio actuali infinita non nisi cognitione habituali vel excessiva. **A**ria enim spiritus per gloriam apprehensionis capiebat quantum tuncque capere potuit naturam finitam unitam finito. **S**ed quia res dupliciter habet noscitur in arte scilicet ab ipso artifice vel ab alio arte contemplante utroque modo cognovit spiritus res primo modo per naturam divinitatis. **S**ecundo modo per naturam comprehensionis. **P**artem ex praemissis quinque bene cognovit omnia quae in christo erant per primum enim modum habuit cognitionem ut deus per secundum ut homo per tertium ut viator per quartum ut illuminatus per quintum ut comprehensor. **S**piritus secundum naturam. **D**icitur lux quia humani divinitatem illuminat animam interiorius. **E**t secundum humanam animam tatem informat exteriorius vitam. **E**t hoc tripliciter scilicet miraculis. **O**bedientia omnibus et exemplum et primum est potentiae secundum sapientiae. **T**ertium bonitatis. **N**otandum est preterea quod scientia spiritus hominis limpidissima est inter scientias creatas. **Q**uia nichil admixtum habet de suo contrario vel actu vel potentia. **P**rofectum cum non possit aliquid ignorare propter unionem ad verbum tamen quia anima spiritus creatura est non est scientia eius ita limpidam sicut dei quibus sciat quae scit de?

quod dicitur ihesus proficiebat sapientia et etate contra deo et hominibus non est intelligendum quod in se profecerit quia ab ista conceptione plenus fuit. Sed proficius in alijs qui doctrina sua exemplo eius profecerunt et hoc contra deo id est ad utilitatem hominibus proficiebat tamen in se homo etiam in se cognitione experientiali et sensuali quia didicit secundum apostolum ex his que passus est secundum obedientiam.

De merito christi. **Ca. XVI**

**S**imul fuit christus victor et comprehensor ab instanti conceptione. Sic ex tunc enim cepit mereri et frui meruit aut in quantum victor non in quantum comprehensor. Perfectio et plenitudo meriti christi notatur in istis. Primo quantum ad eum qui merebatur quia non tantum erat homo. Secundo quantum ad deum. Secundo quantum ad tempus quo merebatur quia per habitum perfectissimum caritatis et per exercitissimum perfectissimum virtutis. Tertio quantum ad eum cui merebatur quia non tantum sibi sed etiam nobis omnibus enim operibus suis que procedebant ex libero arbitrio merebatur vitam eternam iam habitam et nobis habendam. Quarto quantum ad id quod merebatur nobis quia veniam gratiam et

gloriam. Stulam quoque carnis et aperitionem ianue celestis ante incarnationem enim christi. Dya-bolus habuit magnam attrahentem et magnam impellentem. Attrahentem dico potentem in culpam. Impellentem sine obstaculo ad liberum. Sed christus primam manum suo merito delibavit. Secundam vero penitus amputavit ergo in merito christi reprobata sunt omnia merita nostra sive satisfactoria sive meritoria vite eterne quia nec ab offensa creatoris digni sumus absolui nec imenitatem premij quod deus est. Digni sumus assequi nec per meritum hominis dei. Quanto ad id quod merebatur sibi quia licet non mereatur glorificationem quam habebat iam meruit tamen cum hoc sibi per humilitatem passionis ac celebrationem resurrectionis glorificationem sui nominis dignitatem iustitiane potestatis sicut ait. **Apl.** Factus est pro nobis obediens usque ad mortem et sequens propter quod deus exaltavit illum. Quo ad primum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Quo ad secundum ut in nomine ihesu omne flexerit et inferretur. Quo ad tertium. Se primo quantum ad modum quo merebatur. Dicitur enim aliquis tripliciter mereri scilicet de non debito faciendo debi tum vel de uno modo debitu

faciendo alio modo debitū p̄mo  
vel secūdo modo sibi nō meruit  
sed nobis cū a principio fuerit  
sanctissimus nec ī sanctitate p̄  
fice p̄terit. t̄rcio mō sibi me  
ritum quia bonū glorie q̄d sibi  
fuit debitū alio modo scilicet p̄  
meritum bone actionis sibi de  
bitum fecit. meruit eī sibi v̄s  
tam eternā iam habitam hanc  
nobis habendam.

**De voluntate cristi.**  
**Ca. XVII.**

**V**oluntas in cristo dup  
plex fuit scilicet creata  
et increata. Et dictum  
est supra in p̄mo libro de volū  
tate increata ipsius. Voluntas  
cristi creata duplex erat scilicet  
racōnis et sensualitatis volunta  
te racōnis vt racō est cōforma  
uit se in omnibus voluntati in  
create. sed voluntate racōnis vt  
natura est et voluntate sensuali  
tatis voluit aliquid p̄p̄m q̄d  
nō voluit voluntate racōnis vt  
racō est scilicet non mori et in  
hoc iste voluntates non fuerūt  
sibi cōtrarie licet volita cōtraria  
fuerunt quoniam secūdam volun  
tatem diuinam cristi? q̄d iustū  
erat voluit sed se ūdum volunta  
tem racōnis iuste cōsensum p̄bu  
it. Sed se ūdum voluntatem  
carnis penam re usauit et sic v  
naqueq; voluntas q̄d suū erat cō  
tinuit scilicet voluntas diuina  
iusticiā voluntas racōnis obedi

enciam voluntatis p̄ne reuolū  
nem. Vnde patet q̄ aliquid vel  
le illicitū est racōni q̄d non est  
illicitū sensualitati hanc fuit in  
cristo velle non mori quamuis  
autem voluntati non moriendi  
fuerit causaliter a sensualitate  
fuit tamen occasionaliter a racō  
ne quia cristi? hanc voluit fecit  
aliquid horribile v̄s ad yma  
ginacōnem et est macōem quo  
facto naturaliter mortem reuol  
git hoc autem voluit p̄ter nos  
tram instructionem sic racō p̄  
sensualitate aduocauit dicens  
pater si fieri potest trāseat a me  
talix iste hec petiō fuit tā sen  
sualitatis quam racōnis. Sed  
sensualitatis fuit tamquam affec  
tans racōnis autem tamquam  
opponentis et hoc cristi? fieri  
voluit ad triplicem instructio  
nem nostram. Prima est vt sei  
simus non esse peccatum aliq̄  
ex sensualitate velle q̄d est con  
trarium diuine voluntati. Sed  
quando est vt martires cristi? nō  
desperēt si mortem horreant cū  
eam et dei filius abhorreant.  
Tercia est vt discamus disce  
te petere scilicet supponendo vo  
luntatem nostram voluntati di  
uine et hoc vero in conditione  
apposita si fieri potest et ibi v̄s  
cūptamen nō si ut ego v̄s.

**De defectibus q̄s p̄s assupit**  
**Ca. XVIII.**

**N**on solū p̄ assupit huana

Sed etiā affectus circa naturā  
quos videlicet ipsū deicit alio  
sumere. Unde cum pene fiat exet  
citatiue virtutes perfecte et tel  
tificatiue humane nature non si  
milate. Assupit penalitates tā  
corporales q̄ spirituales que te  
spiciūt naturā nostrā in omni  
sicut famem et scitā in absen  
tia alimentī tristitiā et timorē  
in p̄tia roaumēti et hūcū vt  
ē calor frigus lassitudo et cetera  
Non tamē omnis defectus cor  
porales assupit sicut sunt d  
fectus egritudinum multi for  
mum naturē ones spirituales  
sicut sūt peccatū ignorantia te  
bellio carnis ad spiritū. Preter  
ea q̄ nullus innocēs debet in  
uitis penā sustinere cū hoc esset  
contra ordinem diuine iusticie  
ips sic penalitates suscepit vt  
tamen pati nō posset inuitē q̄  
passio sua nō fuit cōtra volūta  
tem diuinitatis nec cōtra volū  
tatem rāonis licet fuerit cōtra  
volūtatē sensualitatis et car  
nis. Dicitur etiā q̄ p̄ps vere  
timuit et vere doluit et vere trif  
tis fuit put ista nō sūt p̄pati  
onem nō scdm q̄d significant  
passionē. Differt autē passio  
a passionē q̄ tūc affectio di  
citur a passio q̄n anima sic affi  
citur q̄ oculum mentis nūquā  
turbat passio. Vero dicit q̄n  
ita fortis est q̄ oculum mētis  
turbat et facit a rectitudine ul

a dei cōtemplacione de maie  
et tunc ratio leditur et patitur  
Unde differunt ista duo sicut  
dispositio et habitus. De  
passione cristi. Ca XIX

**C**irca passionē dei con  
mēdam? i opere paciā  
ciam iuprābile in mō  
humilitatē admirabilem in cau  
sata caritatem inestimabilem  
Circa opus nota q̄ cristus sus  
tinuit in tactu clauorū asperi  
tatem in auditu obprobriorū  
cōfusionem in odoratu sputorū  
feditatē In gustu fellis et acetū  
amaritudinē In oculis lacrima  
rū estufionē In corde timorē  
De modo paciendi tenendū ē  
q̄ cristus passus est passione  
generalī quia scdm omnia mē  
bra corporis. Psal. Vidimus eū  
non habentē speciē neq̄ decorē  
Item passione acerba. Trens.  
O vos omnes qui transitis p̄  
viam etc. Fuit autē passio xpi  
maxima cū racione intencionis  
ap̄t optimā dispositionē ipi  
paciētis cū ap̄ter honoris ei  
excellenciā honorabilis si con  
fundit plus leditur et p̄cipue i  
ter suos. Itē grauis fuit passio  
ap̄ter ip̄ius v̄tiositatē q̄uis  
v̄ilis homo d̄ morte suo dolere  
non solet vt turpitudō sua tūc  
finē habeat. Itē passione igno  
minosa. Psal. Vidim⁹ eū despec  
tū et ignouissimū viroū hec  
ignominia at̄dit i patibulo

crucis q̄ fuit suppliciu passioꝝ  
in cōsorcio iniquoꝝ scilicet la-  
tronū cū quibus erat deputat⁹  
**Q**uat autē cristus passione ge-  
nerali infectōem vniuersalem  
passione acerba libidinē passi-  
one ignominiosa supbie p̄sump-  
tōnem in causa passionis accē-  
ditur caritas maxima qua nos  
liberauit ab inferno dando ani-  
mam qua nos liberauit a pecca-  
to largiendo graciā qua celum  
aperuit cōferendo gloriā. hec  
tria notantur in titulo crucis.  
**N**am p̄pter p̄mū dicit̄ ihesus.  
p̄pter sc̄dm nazarenus. p̄pter  
terciū rex iudeoꝝ. **X**p̄s sex vi-  
tibus sanguinem suū fudit q̄n-  
quies viuis et semel mortuus  
**I**n circūcisione in oracōne in co-  
ronacōne in crucifixione in lan-  
teacōne p̄ p̄mū docemur pecca-  
ta abicere p̄ sc̄dm mentis an-  
gustiam p̄ salute nostra tenere  
p̄ terciū animā nostrā virtutibus  
cenare. p̄ quartū carnem  
nostram domare. p̄ quintū mē-  
bra nostra mandatis dei ligare  
p̄ sextū vulneratum cor in dei  
amore habere. **P**ostremo quia  
ille passiones non attigebant  
in cristo diuinam naturam sed  
humanam ideo in morte cristi  
facta est diuisio aīne sic a car-  
ne vt salua esset vniū causa car-  
nis quā anime cum diuinitate.  
**H**oc eciā sciēdum est q̄ x̄p̄s  
si passus non fuisset tamen se

mode feciss; quātū p̄tinebat  
ad condicōnem humane nature  
in se cōsiderate sine vniū sed  
in potestate nature vniū fuit vel  
sic deficere vel non deficere.

**D**e effectu passionis cristi  
**C**a. **XX.**

**E**ffectus passionis p̄p̄  
multiplex est sicut patet  
in hīs sex. passio  
debilitat scilicet virtutem demo-  
num. **J**ob quāsi in hamo capiet  
leuiathan spoliat scilicet infer-  
num. **S**al. wa nomen eius spo-  
lia detrahe. **I**nformat scilicet  
p̄ exemplum p̄t. **X**p̄s passus  
est pro nobis nobis relinques  
exemplum. **V**nde cristus ē qua-  
si liber positus in publico crucis  
vbi dicitur obedientiam. pas-  
sionem humilitatem dicitur autē  
specialiter quomodo se habuit  
in capitulo q̄d tenebat. **V**nde  
**B**ernh. **S**icut ih̄s cōtā p̄tē  
incliatō capite vultu placido ser-  
mone raro voce submissa defix-  
is in terram aspectibus paratus  
ad obprobria et ad vltima p̄mp-  
tus honorat scilicet imitators  
suos. **H**ester sic honorabitur q̄  
ter voluit honorare exortant sci-  
licet ad pugnam spiritualem  
**M**ath. ostenderunt elephan-  
tis sanguine n et inflammat  
scilicet ad diligēdum. **B**ernh.  
super omnia te reddit michi a-  
mabile bone ih̄s talis quē bibisti  
op? redē p̄dis nre repat scilicet

rumam angelorum ipse enim propter  
lapis est angularis qui facit v  
triq; vnu pacem dat sc; inter  
deum et hominē **Eccle.** In tpe  
iracondie factus ē reconciliaō  
armat contra mundū carnem  
et dyabolū **Vnde** signatur per  
clippum quē leuauit **Iosue** cō  
tra **Hapn** sanat sc; mentis vl  
neta nunc aspicientes eneu sa  
habantur viuificat sc; spiritua  
liter **Apł?** **Cum** essemus in o  
tui comū. **Aug?** **Mortuus** ē v  
mias ne maneret vniū duc  
sc; per mare hui? modi **Exodi**  
**Dirga** moyſi dulcorat **Exobi**  
**De** ligno misſo in aquas ma  
meh **Ob**umbat **Cā**ſico **Sub**  
vmbra eius quē de hēde **Aul**  
pa reuocat **Ala.** **Attritus** est  
propterea scelera nostra reſerat sc;  
celum **Ala.** **Dabit** clauē **Da**  
uid id est crucē super humerum  
illuminat **Vnde** crux est quā  
rande labrū tabernaculi **Ite** to  
bias illuminatus est p fel pis  
cis cenat **Vnde** dixit beata ag  
nes et sanguis eius cenauit ge  
nas meas **Christus** passiōe sua  
vincit dyabolū quē ligauit **In**  
fernū quē spoliavit **Mortē** q̄  
superauit **Mundū** quem contēp  
ſit **Supplicū** quē p̄tulit **Celū**  
quod aperuit **Passio** xpi tol  
lit septē p̄ſicia **capitalia** tollit  
enim superbiam capitis iclma  
cio per quam videbatur titulū  
crucis fugere i quo scriptū eāt

ter iudeorū **Inuidiam** ostēſio  
quā ad amplexū mutans a  
uaticiam multorū ero gacō que  
in passione dedit vel tradidit  
**Dñ.** **Disce** cristiane quantum  
debas diligere xpm qui dedit  
nobis carnem suā i dbum sag  
uinem in potū animā in precū  
**Aquam** lateris in lauacrū vel  
tem crucifixorib; corpus disci  
pulis matrē iohāni accidiam  
festinatio ad passionem iram  
mollib; rēpōſioib; **Gulā** fellis  
et aceti p̄ſicatio **Luxuriā** lateris  
vulneratio **In** redēptione nos  
tra fuit gracia mirabilis **Prō**  
ex parte morietis quā caritas  
dei vidit qd; p̄ amicos nō per  
precium poterat nos redimere  
propter fratrem nostrū se fecit  
naturam nostrā assūmendo et  
precū dedit sanguinē p̄ nobis  
fundo **Vnde** ps **Redime** me  
et mi vmei quā vniū id est nō  
habens amicos et pauper sum  
ego sc; precū nō habens **Secū**  
do ex parte redimētis quā cum  
liberare posset exponit fecit hoc  
p̄dus ex misericordia vt ad a  
morem nos astringeret et vt ius  
ticie sue satisfaceret **Tercio** ex  
parte redempti q̄ opprimebat  
criminū seruitute et detineba  
tur in carcere **Sed** contra p̄mū  
magnum erat vt filius seruus  
fieret liber **Cōtra** sc̄m magnū  
fuit qd; dominus ad carcerē ser  
uū descendit vt seruus exiret

Quarto ex parte iusticie q̄ nulla  
iusticia delectabat vt innocēs  
puniret p̄ teo. Quinto ex parte  
excellencie diuine q̄ mirū eā:  
q̄ imp̄ciabile ponebat sub p̄cis  
vel mercatione. Sexto ex parte  
p̄ch̄i dati. Si em̄ redimisset nos  
sale ad hoc ad gr̄cias tenere  
mur nūc autē redemit nos aīa  
et corpore et vita vt n̄l horū sibi  
subtraheremus. Circa passionē  
domini nota septē suauitates  
capitis inclinacō ad osculum in  
signū nostre recōciliacōis bra  
chiorū extensio ad amplexum  
in signū receptiōis in gr̄ciam  
de peccato redeuntis lateris ap  
petitio p̄pter effusionem precij  
nostre redemptiōis et absoluō  
nis exiūt em̄ sanguis et aqua  
Clauoz in manibus et pedib?  
infirio p̄pter memoriā nostre  
recōciliacōis. **Ps̄alme.** Si obli  
uisci potest mulier infantem et  
Corporis derudacō in exēplum  
nostre confessiōis qua scilicet  
debet esse nuda crucis deporta  
tio in exēplum sūe imitacōis  
corone spinee impositiō in figu  
ra nostre glorificacōis. De effec  
tu passiōis domini. **Augustin?**  
ait p̄ redēptoris nostri moerem  
de tenebris ad lucem de morte  
ad vitam. de corrupcōne ad in  
corrupcōem de exilio ad patri  
am de luctu ad gaudiū de t̄ris  
ad celeste gaudiū vocati sumus  
Item dicit **Augustin?** q̄ x̄ps

fuit sacerdos p̄ quā recōciliati  
sumus x̄ps fuit mediator popu  
li iudayci et gentilis et sc̄dm  
hoc dicit lapis angularis. Itē  
hominū et angulorū et sc̄dm  
hoc dicit pacificus. Item dei et  
hominū et sc̄m hoc dicit redēp  
tor. **Bernh.** Quid ultra debuit  
facere et nō fecit absoluit vinc  
tum. illuminauit cœum redupit  
erroneum recōciliauit reum.  
Itē **Augustinus** ait. Ecce pro  
impio pietas. Flagellat p̄ stul  
to sapiencia illuditur. p̄ menda  
ce veritas notatur dampnatur  
iusticia p̄ iniquo misericordia  
afficit p̄ crudeli pro misero re  
plet sinceritas aceto inebriat  
felle dulcedo morit̄ vita p̄ mo  
tuo x̄ps p̄pter infirmiā nōs  
tram medicālia in se accepit.  
curauit nos p̄ dietam quando  
ieiunauit xl. diebus et p̄ su  
dorem quando factus est sudor.  
eius sicut gutte sanguis p̄ mi  
nucōnem quando claus et lat  
tea vulneratus est p̄ potacōem  
quādo gustauit acetū cum felle  
mixtum. p̄ emplastrum quādo  
facies eius est sputis illita p̄  
electuarium quando corpus et  
sanguinē suū de<sup>o</sup> in cena discipul  
**De cruce dñi. Ma. XXI.**  
**I**n cruce x̄pi nota hic  
Suppliciu q̄ n̄lm ma  
ius. **U**rs oēs q̄ t̄n. et  
nullū dico maius ex eo q̄d pas  
sus est ipse iustus pro in iustis

ab iniustis cum iniustis ex ini-  
iustis causis sub iniustis iudi-  
cibus et iniustis penis obpro-  
brium quo nullū vilius sapiā  
morte turpissima precium quo  
nullū cōuenientius quia sicut  
per lignū venit culpa sic p lig-  
num ēdemptio ministeriū quo  
nullū profundius **Ephi.** vt pos-  
sitis cōprehendere cū om̄ibz sez-  
rē **Quod** exp̄sūt **Aug.** de cru-  
ce exemplū quo nullū perfecti-  
us primo **Per** **Cristus** passus est  
cruc̄ multis rebus operatur ip-  
sa em̄ ē clavis celi vctis āche-  
nans maris **Arbor** danielis  
**Palma** fructuū **Ferulū** salo-  
monis **baculus** **Iacob** quo ior-  
danem **speculū** transtulit **Iun-**  
tationis **Sala** ascensionis ha-  
mus quo **leuiathan** capta **Tor-**  
tilar quo **saguīs** xp̄i exprimit̄  
**Sythara** qua demon **saulis** cō-  
p̄scitur **Palus** in quo **serpens**  
eneus **suspenditur** **Chau** quo  
frontes **fidelīū** signantur **Can-**  
delabrū quo **tabnaclū** illumi-  
natur **Lignum** **aquas** **marath-**  
dulcorans **Vinga** **moyſi** per ma-  
re **rubicum** **dei** **populū** **ducens**  
**Gladus** **ipsū** **goliath** **in** **scapitās**  
**Verillū** **ad** **pugnā** **spiritualē**  
**colligens** **Cathedra** **casti** **disci-**  
**pulos** **erudiēs** **Squus** **dei** **am-**  
**cos** **honorans** **Clippeus** **iosue**  
**hay** **impugnans** **Liber** **misteia**  
**profunda** **cōtinens** **Alcare** **ab-**  
**lacionem** **ac̄ceptissimā** **ēcipiēs**

Septem verba **cristus** in **cruce**  
protulit **Primū** **pater** **ignosce**  
**illis** **et** **cetera** **Secūm** **Hodie** **me**  
**cum** **eris** **in** **paradiso** **Tercūm**  
**mulier** **Ecce** **filius** **tuus** **Ecce**  
**mater** **tua** **Quartū** **Sicio**  
**Quintū** **Nely** **Nely** **lamaza**  
**Sextū** **Pater** **in** **manus** **tus**  
**as** **dimēdo** **spi** **et** **Septimū**  
**Cōsumatū** **ē** **Per** **primū** **verbū**  
**docemur** **iūi** **as** **dimittere** **Per**  
**secundū** **petētes** **exaudire** **Per**  
**terciū** **parentes** **hōnorare** **Per**  
**quartū** **salutē** **nostrā** **desiderāre**  
**Per** **quintū** **ad** **deum** **in** **neceſ-**  
**sitatibus** **clamare** **Per** **septū**  
**auxilium** **nostrū** **in** **deum** **pone-**  
**re** **Per** **septimū** **vitā** **nostrā** **i-**  
**sine** **debite** **cōsumare** **Quatuor**  
**brachia** **crucis** **signant** **quatuor**  
**virtutes** **quibus** **extēdi** **debet**  
**homo** **noſter** **interior** **Signat**  
**enim** **pars** **superior** **caritatē** **In-**  
**ferior** **humilitatē** **A** **dextris** **obe-**  
**diēciam** **A** **sinistris** **paciēciā**  
**In** **quatuor** **brachia** **crucis** **no-**  
**tantur** **quatuor** **beneficia** **crucis**  
**Signat** **enim** **pars** **superior** **Ja-**  
**nue** **celestis** **ap̄ticionē** **Inferior**  
**inferni** **destructionē** **A** **dextris**  
**collacionē** **gracie** **A** **sinistris** **pec-**  
**catorum** **remissionem** **Quatuor**  
**iligna** **fuerunt** **in** **cruce** **sicut** **di-**  
**cit** **magister** **in** **historia** **Pes**  
**namq;** **fuit** **de** **cedro** **stipes** **de**  
**cipresso** **transuersale** **de** **palma**  
**tabula** **ō** **oliva** **Signat** **autem**  
**cedris** **altitudinē** **contemplacōis**

depressus famā bone opinionis  
palma fructū iusticie. oliua le  
uitatem misericordie.

**D**e descensu xpi ad inferos  
Ca. XXII.

**A**dima xpi post mortē  
descendit ad infernū si  
ue ad limbū ad liberacō  
nem eorū qui cristi membra ex  
istentis de hoc seculo tñnerunt  
byabel? em̄ dum manū in eum  
exēdit in quo nichil uicis ha  
bebat merito am̄ it in alijs pō  
testatē. Alia causa ē quare xps  
descendit ad inferos ut tantus  
esset descensus quātus fuit libe  
randorū casus. Primus em̄ hō  
hic in statuta liberi arbitrii posi  
tus fuerat ut posset ad vitam  
ascendere vel ad mortē descen  
dere put. vel. Sed peccato pō  
acto sic alterū brachiū statens  
ponus culpe depressum est ut  
esset in ymo inferni alterū ve  
to in sūmo celi nō autē ascen  
deret brachiū de sūmo nisi des  
cenderet aliud brachiū. Descen  
dit ergo dñs vsq; ad infernū  
ut hominē capū eleuaret vsq;  
ad celū. Tercia rō ē quare xps  
descendit ad infernū sci; ut si  
cūt uiuus fuerat lumen mundi  
p pñciam corpalem ita mortu?  
esset lumen inferni p dñitatis  
maiestatem. Quarta rō est ut  
idem xps hoc exequētur p effi  
caciā qd; passione sua meruerāt  
fm̄ sufficienciā. Duo autē merū

it p suā passionē sc; satisfecim  
et ianue apcōem et ideo h̄ duo  
efficit in descensu suo ad infer  
ros q; p satisfecim soluta sūt  
vincula captiuitatis p apcōem  
aut ianue fca est illuāto ipi?  
tarceris etiā fm̄ lucē exteriorē  
Liberauit autē xps om̄es illos  
qui meriti sui capaces esse pot  
tāt si aut fuerūt sc̄i pēs qui nō  
apcōeati pene. h̄ tñm apcōem  
nature detinebant. Pampnati  
aut hui? meriti capaces nō sūt  
nec puuli in limbo q; de corpe  
xpi nō sūt nec p h̄c vel si dei sa  
cramentū. Dicendum est q; aīa  
xpi p triduiū mortis sue cū sc̄is  
pūbus in limbo fuit ibi dē fuit  
latro cui dñs dixit. hodie eis  
meū in paradiso. In nocte paradisi  
uocāt ibi dei fructō quia pacta  
passione tam ipse latro q; alij  
qui etant in limbo uiderūt deū  
p essenciam ad quā infernum  
cristus descenderit si scire uolu  
eris. Notandum est q; nomen in  
ferni sumit duplici sc; p pena  
et p loco pene sc; in pñm motu  
dicit qd; demones semper infer  
nū secum portāt. Itē put infer  
nus sumit p loco pene sic infer  
nus quadruplici distinguit.  
Unus est infernus dāpnatorū  
in q; est pena sensus et dāpni ac  
tenebræ exteriores et ināiores  
id est absencia gracie sup istum  
est libus pūcorū ibi pñ est dāp  
ni et nō sensus et sūt ibi tēbre

interiores et exteriores sup hūc  
locum est purgatorius in quo  
ē pena sensus et dampni ad tē  
pus et sunt ibi tenebre exte-  
res et non interiores quia grāz  
habent lucem interiorem **Sup**  
**mus** locus inter hec est limb?  
sanctorum patrū vbi fuit pena  
dampni et nō sensus et fuerūt  
ibi tenebre exteriores **Sed** nō  
tenebre priuationis gracie **Ad**  
hunc locū cristus descendit ac  
suis inde liberauit et sic infernū  
momoedit quia partē abstulit  
partem reliquit **Notem** vero  
quo ad electos deus penitus d-  
struxit **Sic** dicitur in osee Ero  
mors tua o mors ero mortuus tu  
us inferne **Hic** quoq; locus fi-  
mus abrahę dicebat quia ibi  
abraham fuit **Sed** nunc celū  
empireū est finis abrahę qz  
ibi iam est abraham a nullo p-  
dictorum locorū ē transitus ad  
aliū nisi a tercio ad quartū  
**Moc** ē de purgatoio ad limbū  
sanctoꝝ patrū **Ex** iam dictis  
patet quare cantam? **Libera** a-  
nimas omniū defunctorum de  
manu inferni et de profundo la-  
quia infernus sumitur ibi pro  
purgatorio sicut et ibi sumitur  
pro limbo qñ cristus dicit ad  
inferos descendisse vel infernū  
dstruxisse **Ex** predictis collige  
q̄ cristus mortuus in corpe ad  
inferos descendit in anima re-  
surrexit in vtroq; **Diendum**

etiam q̄ in illo triduo cristus  
totus fuit in sepulcro **Sed** nō  
totum quia totus dicit personā  
**Totum** vero naturam similiter  
dicendū q̄ cum vno anime cū  
corpore faciat hominem crist?  
in illo triduo non fuit homo li-  
cet anima et caro vnta tunc es-  
sent cum verbo **De** resurrecti-  
one cristi **Ca** XXIII

**C**ristus ē surrexit tercia  
die a mortuis ē sumēdo  
corpus non tale quale  
prius habuit sed impassibile  
et immortale caro enim cristus  
qui ē natus floruit in passione  
decidit per gloriam resurrectio-  
nis re floruit et reformata ē vt  
aquile iuuentus cristi **Tūc** leo  
catulū suū suscitauit **Tūc** se-  
nē reuixit tunc sicut dicitur in  
**Jeremi** Figulus ex eodem luto  
fracti vas fecit vas aliud sicut  
placuit in oculis suis **Tūc** Lo-  
nas de vete ceti illesus exiuit  
tunc restitū ē candelabrū auro  
tunc suscitātū tabernaculū dice-  
dum q̄ cecidit tunc resulhit sol  
qui prius erat in nubilo **Tūc**  
vniuersū ē granū frumenti qd  
cadens in terrā mortuū fuerat  
**Tūc** ceruus resuphit cornua  
**Tūc** sampson tulit portas cū  
postibus **Tūc** Ioseph eductus  
de carcere condetur et constituit  
domus egipti **Tūc** concisus sac-  
cus circumdatur leticia **Dom-**  
nus probauit resurrectionē suā

esse viam per angelos qui non  
mencuntur **Math.** Respondit  
autem angelus mulieribus dixit  
**Ite** pbauit per imicos quorum  
validissimum est testimonium  
**Math.** et quidam de custodibus  
reuerfi sunt etc. pbauit eam non  
acte mayca factam et hoc p  
comestionem pbauit eam non fan  
tasticam corporis et hoc p tactum  
pbauit eam in eodem corpore  
factam et hoc per ostensionem  
cicatricum pbauit eam esse in  
corpore glorificato unito diuinita  
ti et hoc per ingressum ianuis  
clausis pbauit eam dominum re  
sua resurrectione multis apico  
nibus apuit em ipsa die resur  
rectionis quinquies scilicet marie  
magdalene. **Johannis** xx. mu  
lieribus **Math.** vl. petro **Sed**  
non inuenit modum. **Luce** in fi  
ne discipulis euntibus in emaus  
**Luce** in fine discipulis ianuis  
clausis quando thomas non fu  
it cum eis **Joh.** xx. **Ite** apparu  
it inter resurrectionem et ascen  
sionem quinquies scilicet tho  
me cum alijs **Joh.** xx. ad mare  
tighadis **Jo.** xx. In monte tha  
bor **Math.** ultimo In ierusalem  
quando comedit cum discipulis  
**Luce** ultimo et **Math.** ultimo  
In monte oliueti quando ascen  
dit. **Lucas** in fine qz p. act. et  
nact. et **Mat.** multis de causis  
resurrexit dominus scilicet vt sep  
tinas impleret quando em dixit

**Dominus** ecce ascendimus etc  
**Subiunxit** in die tercia resur  
get vt nos ad surgendum spua  
liter puocaret qz turpe est vt  
sedeat seruus quando coram eo  
surgit dominus vt futura resur  
rectionem pbaret esse vt potent  
ciam sue diuinitatis ostenderet  
quia mortuos viuificare non est  
opus nature sed potencie diuine  
non est em regressus de puoco  
ne in habitum vt nos ad contemp  
nandum terrena p adipiscenda  
tali gloria aiaz resurrexit deus  
velociter qz terra dei nam fuit  
ianuis clausis ad discipulos  
itruit et fuit salua p gmirare  
vte ro mris epiuit sic eum mor  
tuum nec petra in qua iacuit nec  
militum custodia potuit retine  
integralit quia in corpore et aia  
socialiter. quia multa corpora  
sanctorum que do. resur. et e. et  
naliter **Apostolus** **Christus** ex  
mortuis resur. iam non moriatur  
similiter surgendum est spuali  
ter fuit et eodem modo resurge  
mus in die iudicij corporaliter.  
**Resurrectio** xpi est ca et figura  
nre resurrectionis spualis. **Ca** est  
dico motia et hoc dupl. qz ca  
motia est in opaco nri. du em  
cōsideramus gloria resurrectionis  
xpi mouemur ad resurgen  
du in nouitate vite **Ue** ca moti  
ua e cōsideraco dei pns qm p  
das resur. filio mo. ad dandum  
eadem gloriam fratribus suis

hinc rex qm facit filium suum mi-  
litum cu eo multos milites **Si-**  
gum vero facit quia hinc xpus  
resurrexit in nouitate vite ita q  
nos in nouitate vite ambulem  
Ita hinc diem resurrectionis  
xpi precessit dies mortis i pas-  
sione pasceus et dies quietis  
in sabbato sequenti ita gloria  
nostre resurrectionis precedit  
in nobis mortificatio viciorum  
et quies contemplationis eter-  
norum Nota q hinc duplex e  
mors scz anime per culpam et  
corporis per extinctionem ita du-  
plex est resurrectio scz anime p  
graciam et corporis p gloriam  
q hinc mors aie creauit mortem  
corporis vt habetur in **Gen** ita  
conuerso resurrectio anime cau-  
sabit resurrectionem corporis  
gloriosam **Sc**ndum q quida  
resuscitantur sicut hinc samuel  
qui licet vere sauli apuit vt di-  
citur in ecclesiastica historia ta-  
men non vere suscitatus fuit vt qui  
dam dicunt **Quidam** imperfecte  
vt lazarus iterum moriturus  
**Quidam** perfecte sicut xpus sp  
picturus et prima resuscitatio  
signat conuersionem sive penite-  
ciam pccatarum **Secunda** co-  
uersione retribuciu **Tercia**  
conuersione perseveranciu  
**De** ascensione xpi **Ca** XXIII  
